Terrest. Premisliensis super summam praeinsertam summam cum omnibus eius
dem Conditionibus punctis clausulis et articulis Cassat mor
tificat annihilat obliterat perpetue et in aeternum sibi et successori
bus suis ratione praemissorum perpetuum imponendo silentium, jure suae praesenti
recognitione mediante. Quod memoriali firmatum est.

Nowosziczki quietat Horodiski

Comparens personaliter Coram Officio actisque praesentibus Ca
strensibus Capitaneal. Premisliensibus Nobilis Wasko Nowosziczky a
Terris Districtibus Juribusque suis quibusvis privilegiis ac foro com
petenti recedens sese eidem praesenti Castrensi Premisliensi sub
successoribus bonisque suis omnibus quo ad actum hunc attinet incor
porando et subjiciendo sanus mente et corpore existens publice
palamque libere ac per expressum recognovit. Quia a Nobili Jaszko
Horodisky Summam Septuaginta florenorum pecuniae monetae et mon po
lonic. debiti certi ad rationem summae Centum Septuaginta floren.
pecuniae monetae polonic. ipsi per eundem Coram Judicio et Actis Terr.
bus Premisliensibus recognitae et inscriptae totaliter et in effectu recepit
ac manualiter levavit receptamque et levatam ad se tulit. Ratione
cuius receptionis et levationis summae praefatae Septuaginta floren.
pecuniae eundem Jaszko Horodisky et eius successores quietat li
berosque ac immunes facit perpetuis et aeternis temporibus In
scriptionem vero praefatam Terrest. Premisliensis super residuitate sum
mae Centum florenorum pecuniae monetae polonic. sibi et posteris suis in to
to et in minima parte salvam et in nullo violatam reservando Consensu
ipsius Jaszko Horodisky personaliter Actis praesentibus accedente.

Hosczislawski quietat Kopistenski

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus perso
naliter stans Nobilis Schczasny Hosczislawsky a Terris Districtibus Ju
ribusque suis quibusvis privilegiis ac foro competenti recedens sese prae
senti Castrensi Premisliensi Jurisditioni sese cum successoribus bonisque suis
omnibus quo ad actum hunc attinet incorporando et subjiciendo sanus mente
et corpore existens publice palamque libere ac per expressum recognovit, Quia
a Nobili Iwan Kopystensky Lessiowicz Summam Quatuor florenorum pecuniae
monetae polonic. debiti certi ipsi per eundem Actis Terrestribus Premisliensibus inscripti
totaliter et in effectu recepit ac manualiter levavit, Ratione cuius receptionis
eundem Iwan Kopystensky et eius Successores quietat liberumque ac immu
nem facit perpetuis et aeternis temporibus Inscriptionemque prae
fatam Terrest. Premisliensis super praefatam summam sonantem sub Cittone
Conittores luca plura gessa Sedarim totum et integrum in quocunque Judi
cio Officio ad cuius Inscriptionem obtentam in quovis gradu Juris dependentem cum
omnibus eiusdem Conditionibus punctis clausulis et articulis Cassat anni
hilat mortificat obliterat perpetue et in aeternum sibi et Successoribus suis
ratione praemissorum omnibus agendi facultatem perpetuam ac aeternum imponendo
silentium jure suae praesenti recognitione mediante. Quod memoriali firmatum est.

Rembertowski quietat Krukieniczki

Comparens personaliter Coram Officio Actisque praesentibus Castrensibus
Capitanealibus Premisliensibus Nobilis Franciscus Rembertowsky filius
olim Nobilis Joannis Rembertowsky a Pallatinatibus Terris Di
strictibus Juribusque suis quibusvis privilegiis ac foro competenti re
cedens sese eidem praesenti Castrensi Premisliensi Jurisditioni sub cum suc-